

tonij Corda. q. 39, de indulg. & vt iã dictũ est
 Eucharistia & Extrema vnctio sibi dẽtur, nec
 tunc actualis deuotio in illis requiritur, ma-
 xime ad recipiendam Eucharistiam si sine pe-
 riculo vomitus eam potest recipere, quia illã
 deuotionem tunc habere non potest, sed suffi-
 cit q̄ prius ante infirmitatem dum sanus erat
 eam habuit, quolibet anno comunicãdo & Mis-
 sas deuote audiendo, quia actualis deuotio
 ad recipienda sacramenta tunc requiritur, quã-
 do adest ad eam habendã facultas Hęc Silu.
 Vnctio extrema. §. 5. tamen ipse differt ab
 ista opinione quia dicit q̄ talis infirmus ge-
 neraliter absoluetur, ista vero secunda opinio
 q̄ sacramentaliter absoluetur dicit. Hoc dic-
 tũ probabitur quia quilibet præsumitur bo-
 nus nisi constet de opposito, Cap. penul. de
 Præsum. & Scotus in. 4. d. 17. iste qui per-
 didit loquelam cum bonus præsumi debeat
 quia quolibet anno confitetur & cõmunicat
 & ambulat & cõuersatur cum bonis, quibus
 signis secundum Siluest. quis dicitur bonus,
 ideo debet iudicari ipse bonus, vel si aliquod
 habet peccatum, intus est contritus. Immo si
 contingat quod quis peccet mortaliter præsu-
 mitur quod statim pœnitet, si enim videtur